

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Libri historiarum quatuor [Rerum Romanarum epitoma] a [Joanne] Cuspiniano castigati cum ind

Florus, Lucius Annaeus

Vienne, 1511

Anacephaleosis. Ti. XVIII

[urn:nbn:de:bsz:31-270805](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270805)

consilium fugæ sedit: sed hoc quoque eruptis equorum cingulis uires
 ores ademerit summo scelere pro amore. Itaque etiam exitu deplorato
 in ultimam rabiem furoremque conuersi postremo mori hoc
 genere destinarunt. Duces suos: sequi patriamque ferro & ueneno:
 subiectosque undique igne peremerunt. Macte esse fortissimam &
 meo iudicio beatissimam in ipsis malis ciuitate asseruit: Cum fide
 socios: populum orbis terrarum uiribus sultum: sua manu: ætate
 tam longa sustinuit. Nouissime maximo duce oppressa ciuitas
 nullum de se gaudium hosti relinquit. Unus enim uir Numatinus
 non fuit: qui cathenis duceretur: Præda ut de pauperibus nulla:
 Arma cremauerunt: Triumphus fuit tantum de nomine.

ANACEPHALEOSIS. TI. XVIII.

H Actenus Populus Romanus pulcher, egregius, pro
 sanctus, atque magnificus, reliqua seculi ut grandia
 æque: ita uel magis turbida & sordida/ crescentibus cum
 ipsa magnitudine imperii uitiis/ Adeo ut si quis hæc
 tertiam eius ætatem transmarinam quam ducentorum annorum
 fecimus diuidat: centum hos priores: quibus Africam, Macedo-
 niam, Siciliam, Hispaniam, domuit aureos (sicut poeta canit) lu-
 re meritoque fateatur. Centum sequentes ferreos plane & cruentos/
 & siquid immanis. Quippe qui Iugurthinis Cymbricis: Mithry-
 daticis: Parthicis bellis/ Gallicis: atque Germanicis: globus cœclum
 ipsum gloria ascendit. Graccanas: Drusianasque cedes/ ad hæc ser-
 uilia bella miscuerunt: & ne quid turpitudini desit: gladiatoria
 denique: in se conuersis Marianis atque Syllanis nouissime Pompei
 & Caesaris manibus quasi per rabiem & furorē & nefas semetip-
 se lacerauit: Quæ si inuoluta inter se sunt omnia atque confusa: tamē
 quoque melius appareant simul & ne scelera uirtutibus obstrepant
 separati præferent: priusquam capimus iuxta illa memorabimus: ut
 & pia cum exteris gentibus bella & magnitudo crescentis in dies
 imperii/ appareat: Tum ad illa cluuium scelera turpesque & impi-
 as pugnas reuertemur,